



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvribaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

XIX. Vlricus siue Vdalricus I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

Berengerius Basileensis.	Hademar Polensis.
Bonifacius Albanensis.	Ratolfus Slesuigenfis.
Petrus Damianus Cardinalis tituli ad S. Rufinam.	Lindegerus Vitentiensis.
Adalbero Metensis.	Alexander Papa.
Vdalger Tergestensis.	Hufnuart Veronensis.
Perthold Abrutensis.	Vdalricus Prixiensis.

In eodem Pontificali textitur alius Index hoci-
tulo. Hæc sunt nomina fratrum Canonicorum, nostra recor-
dationis tempore defunctorum; in quo ponitur etiam Im-
perator Conradus, Salicus nimirum, & vxor eius Gi-
fila Imperatrix. Nec dubito Indicis huius Auctorem
Gundakarum esse. Est & alius Indiculus, cuius hoc
lemma. Hæc sunt nomina fratrum Canonicorum, qui ex con-
gregatione Eystettensî, nostra recordationis tempore, effecti
sunt Episcopi.

Leobardus Radburgensis.	Elisæus Mantuanus.
Gebhardus Ranennensis.	VVoffo Merseburgensis.
Goteboldus Aquileiensis.	Perengerus Osenbruggen- fis.
Gebhardus, qui & Victor Papa.	Gundechar Eistettensis.
Burchardus Paduensis.	Purchardus Basileensis.
Erhardus Firmensis.	Heribertus Tergestensis.
Richolfus Tergestensis.	Pero Vincentiensis.

Pater Gundeckari Reginherus nominabatur, cuius
obitus notatur in Necrologio ad XXI. Octobris, &
ad diem XXI. Nouembris hæc adscripta leguntur.
Tuta soror Episcopi Gundeckari obiit. Sed incompertum
mihi, num primi an secundi Gundeckari.

XIX. Vlrucus siue Vdalricus I.

Nobilis Vlrucus post hos virtutis amicus.

Electus

Electus anno Domini M. LXXV. Sedit annos XXIII.
 Obiit anno Christi M. XCIX. XV. Kal. Decembr.
 Interfuit Schismatico conciliabulo, quod anno M. *Vide Apologiam*
 LXXXV. celebratum est Moguntia, iussu Henrici *Schismaticam pro*
 IV. & Guiberti Antipapae, contra Gregorium VII. le- *Henrico IV.*
 gitimum Pontificem; praesidente Wezilone Archi-
 episcopo Moguntino, qui tamen postea a schismate
 pedem retulit, ad Catholicorum castra transgressus.
 Quod similiter de Vdalrico sentire licet, cum vitam
 in Episcopatu ad non paucos annos prorogavit. Quo
 temporis spatio plurimi, relicta schismatis discordia,
 ad unitatem Catholicam sese receperunt.

Eodem anno M. LXXXV. habitus est conuen-
 tus in loco, qui dicitur Gerstungen, ut ait Auctor Apologie
 Schismaticae pro Henrico IV. cui Vdalricum inter-
 fuisse, sit admodum verisimile. Alij, ut Urspergensis,
 locum huius conuentus Berbach, & quidem in Thu-
 ringia positum, appellant. Apud Dodechinum men-
 dum irrepsisse oportet in haec verba. Anno M. XCIX.
Conradus Eystettensis Episcopus obiit, pro quo Conradus con-
stituitur, Nam Ulricus hoc anno vita decessit; nec Con-
radum, sed Eberhardum successorem accepit.

Sub hoc Episcopo transactio facta est cum Abba-
 tissa Geisensfeldensi ob decimas in oppido Gamers-
 heim, ut constat ex veteri Diplomate, ex antiquis
 membranis descripto. *Notum sit omnibus Christi fide-
 libus, praesentibus scilicet & futuris, pactum, quod inter vene-
 rabilem Eichstettensis Ecclesiae Episcopum N. & honoran-
 dam Friderunam Geisensfeldensem Abbatissam factum est.*
Tradidit namque eadem Abbatissa XII. hubas & dimidiam,
in loco VVolfbuch dicto, & VI. mancipia in eodem praedio con-
sistentia, & insuper X. libras denariorum, per manum Aduo-
cati

cati sui Heberhardi, in manum prannotati Episcopi Vdalrici, sui Aduocati Ernesti, pro decimatione ad suam Ecclesiam, qua est in loco Gaimersheim dicto, pertinente; ea scilicet conditione, ut nullus deinceps successorum eius, potestatem habeat, hanc eandem decimationem, eidem Abbatiſſa & sua Ecclesia auferre, aut huiusmodi concambium villo modo destruere aut infirmare. Hoc etiam pactum eodem die confirmatum est, & peractum, quo eadem Ecclesia à suprascripto Episcopo dedicata est. Facta sunt hac anno Dominica Incarnationis M. LXXXVII. Indiēt. X. regnante IV. Henrico Imperatore, tempore Vdalrici sanctae Eichstettensis Ecclesiae * XVIII. Episcopi, & Ernesti Aduocati. Huius pacti vtring, testes per aures tracti nobiles viri, Arbo de Hunestat, Diemar de Mecheloch, Heinrich de Milenhart, Purchart de Raitenbuech, VVernhere de Tann, Meginhart de VVangenbach, Gerunch de Liuensdorff, Vlrich de Boran, & alij multi.

* Vocat XII. X.
quia excludit
s VVillibaldū.
Quo in cluso,
XI. X. est.

XX. Eberhardus.

Vlrico successit Eberhardus, de quo versificator.

In vitiis tardus fuerat viuens Eberhardus.

Marchio à Schvveinfurto, vt inquit Bruschius, Othonis Marchionis ac Sueuorum Ducis apud Schvveinfurtum residētis, ac Dominæ Petrissa inclytæ à Wolffhartshausen Comitissæ filius. Electus anno Domini M. LXXXVIII. Sedit annos XIII. Mortuus anno M. C. XII. VIII. Idus Ianuarij, hoc est, ipso Epiphaniæ festo. Interfuit Eberhardus celeberrimo & frequentissimo illi conuentui, qui ex toto Imperio Moguntiaë coactus est anno Redemptoris M. C. VI. vnusque fuit ex Legatis, qui communi principum decreto, Romam ad Pontificem mittebantur; et si scelere Henricianorum Tridenti intercepti, eo quò retenderant,